

56. *Idem*, lib. 5 Responsorum.

Qui mutua pecuniam dari mandavit, omisso reo promittendi, et pignoribus non distractis, eligi⁶⁸ potest⁶⁹: quod ut licet, si literis exprimatur, distractis quoque pignoribus, ad eum creditor redire poterit⁷⁰: etenim quae dubitationis⁷¹ tollenda causa contractibus inseruntur, jus commune non ledunt. — § 1. Fidejussor, qui pecuniam in jure obtulit, et propter aetatem ejus qui petebat, obsignavit, ac publice deponuit, confessum agere mandati⁷² potest. — § 2. Non ideo minus omnis temporis bonam fidem explorari oportet, quod dominus post annos quinque provincia reversus, mox recipi. causa profectus, non acceptis rationibus mandatum instauraverit: cum igitur ad officium procuratoris pertinuerit, quidquid ex prima negotiorum gestorum administratione debuit, ad secundam rationem transferre, secundi temporis causa priorem item suscipit. — § 3. Salarium incerta⁷³ pollicitationis neque extra ordinem recte petitur, neque judicio mandati, ut salarium tibi constitutum. — § 4. Sumptus⁷⁴ bona fide necessario factus, eti⁷⁵ negotio finem adhibere procurator non potuit, judicio mandati restituiri necesse est.

57. *Idem*, lib. 10 Responsorum.

Mandatum distrahendorum servorum, defuncto, qui mandatum suscepit, intercidisse constitit: quoniam tamen heredes ejus errore lapsi, non animi furandi, sed exsequendi, quod defunctus sua curae fecerat, servos vendiderant, eos ab emporib[us] usucapitos videri placuit: sed venaliciarium ex provincia reversus, Publiciana actione non utiliter acturum, cum exceptio⁷⁶ justi dominii causa cognita detur, neque oportere eum, qui certi hominis fidem elegit, ob errorem aut imperitium heredum, adfici damno.

58. *PAULUS*, lib. 4 Questionum.

Si praecedente mandato Titium defenderas, quamvis mortuo eo, cum hoc ignorares, [ego] puto mandati actionem adversus heredem Titii competere, quia mandatum morte mandatoris, non⁷⁷ etiam mandati actio solvit. Quod si sine mandato defensionem suscepisti, negotio quadammodo defuncti gerere institueras, [et] quemadmodum, si illum liberasses, competetur tibi negotiorum gestorum actio, ita potest dici, et herede ejus cadem actione teneri. — § 1. Lucius Titius creditori suo mandatorum dedit, deinde defuncto debito, magore⁷⁸ parte creditorum consentiente, a praetore decreatum est, ut portionem creditores ab heredibus ferant, absente eo creditore, apud quem mandator extiterat: quero, si mandator conveniat, an eandem habeat exceptionem, quam heres debitoris? Respondi: Si praesens apud praetorem ipse quoque consensit, pactus videtur iusta ex causa: eaque exceptio et fidejussori danda esset, et mandatori: sed cum proponas eum affuisse, iniquum est auferri ei electionem, sicut pignus, aut privilegium⁷⁹, qui potuit praesens idipsum proclamare, nec desiderare decretum pratoris: nec enim, si quis dixerit summovenientem creditorem, heredi consulit, sed mandatori vel fidejussori, quibus mandati judicio eandem partem prestaturus est: plane si ab herede partem acceperit, an in reliquam permittendum esset creditori fidejussori convenire, dubitatum est: sed videbitur consentire decreto, conveniendo heredem.

59. *Idem*, lib. 4 Responsorum.

Si mandatu Titii Calpurnius pecuniam, quam Titius credebat, stipulatus esset, non donandi animo, mandati judicio eum ab herede Titii posse conveniri, ut actiones⁸⁰ suas prestat. Idem est et si exacta est a Calpurnio pecunia. — § 1. Paulus respondit, fidejussorem, qui rem pignoris jure obligatam a creditore emi⁸¹, mandati judicio, conventionem ab herede debitoris, ablatu omni debito restituere cum fructibus⁸² cogendum; neque habendum similem extraneo emptori: cum in omni contractu bonam⁸³ fidem præstare debeat. — § 2. Paulus respondit, die adjecto in mandato, intra quem præstaturum se Lucius Titius scripsit, non esse impedimento, quo minus etiam post eum diem conveniri mandati judicio possit. — § 3. Paulus respondit, unum et mandatoribus⁸⁴ in solidum eligi posse, etiam non sit concessum in mandato: post condemnationem autem in duorum personam collatain, necessario ex causa judicati singulos pro parte⁸⁵ dimidia conveniri posse, et debere. — § 4. Creditor pignus vendit, quero, an si evicta sit possessio emptori, regressum creditor ad mandatorem habere possit? Et an interest, creditoris iure⁸⁶ vendiderit, an communi jure promiserit? Paulus respondit, si creditor ex pretio pignorum debitum consecuturus non sit, mandatorem liberum non videri. Ex hoc responso appetat, si evictionis

68. L. 51, § 5, infr.; L. 5, L. 5, C. de fidejuss. — 69. Hoc mandatum N. 4, c. 4. — 70. L. 25, C. de fidejuss. — 71. L. 47, in fin. infr. de conduct et demonstr.; L. 81, infr. de reg. jun.; L. 17, C. de testam.; L. 1, § 7, infr. de pdl. edict. — 72. L. 61, infr. de fidejuss. — 73. L. 17, C. b. — 74. L. 12, § 9, supr. cod. — 75. L. 4, C. cod.; L. 10, § 1, supr. de negot. gest. — 76. L. 16, supr. de Publiciana. — 77. L. 26, in pr. supr. h. t. — 78. L. 7, in fin. supr. de pact. — 79. Ost. L. 10, in pr. supr. d. t. — 80. L. 45, in pr. supr. k. t. — 81. L. 1, C. de dolo malo;

15. *Idem*, lib. 52, ad Edictum.

Sed et si adjiciatur, ut et quæstus et lucri socii sint, verum est, non ad aliud lucrum, quam quod ex questa venit, hanc quoque adjectionem pertinere.

14. *ULPIANUS*, lib. 30, ad Sabinum.

Si convenerit inter socios, ne intra certum tempus communis res dividatur, non videtur convenisse, ne societas abeat. Quid tamen, si hoc convenit, ne abeat? an valeat? Eleganter Pomponius scripsit, frustra hoc convenire: nam etsi non convenit, si tamen intempestive¹⁸ renunciantur societas, esse pro socio actionem: sed etsi convenit, ne¹⁹ intra certum tempus societas abeat, et ante tempus renuncietur, potest rationem habere renunciatio, nec tenchitur pro socio, qui ideo renunciavit, quia conditio quedam, qua societas erat coita, ei non præstatur: aut quid, si ita [injuriosus et] damnosus socius sit, ut non expedit eum pati?

15. *POMONIUS*, lib. 43, ad Sabinum.

Vel quod ea re frui non licet, cuius gratia negotio suscepta sit?

16. *ULPIANUS*, lib. 30, ad Sabinum.

Idemque erit dicendum, si socius renunciaverit societati, qui reipublice causa diu, et invitox sit abfuturus, quamvis nonnunquam ei objici possit, quia potuit et per alium societatem administrare vel socium committere: sed hoc non alias, nisi valde sit idoneus socius, aut facilis abfuturo etiam per alium societatis administratio. — § 1. Qui igitur paciscitur, ne dividatur, nisi aliqua justa ratio intercedat, nec vendere poterit, nec alia ratione efficiet, ut dividatur: et sane potest dici venditionem quidem non impediri, sed exceptione aduersus emptorem locum habere, si ante dividat, quam dividetur is, qui vendidit.

17. *PAULUS*, lib. 6, ad Sabinum.

Sed et socius, qui alienaverit, contra pactionem accipit, committit, et tenetur societatis, aut communis dividendo judicio. — § 1. Si absent renunciata societas sit, quod is scierit, quod is adquisivit, qui renunciavit, in commune redigi; detrimentum autem solius ejus esse, qui renunciaverit: sed quod absens adquisit, ad solum eum pertinere; detrimentum ab eo factum, commune esse. — § 2. In societate autem counda, nihil attinet de renunciatione cavere [eundem], quia ipso jure societatis intempestiva²⁰ renunciatio in astimationem venit.

18. *POMONIUS*, lib. 43, ad Sabinum.

Si servus societatem coire, et re, et verbis, et per nuncium posse nos, dubium non est. — § 1. Dissociamur renunciatione⁶, morte⁶, capitio minutione⁷, et egestate⁸.

5. *ULPIANUS*, lib. 31, ad Edictum.

Societas contrahuntur sive universorum⁹ bonorum, sive negotiationis aliecius, sive vestigialis¹⁰, sive etiam rei¹¹ unius. — § 1. Societas autem coiri potest, et valet etiam inter eos, qui non sunt aequis facultibus, cum plerisque pauperior¹² opera supplet, quantum ei per compariationem patrimonii deest. — § 2. Donationis causa societas recte non¹³ contrahitur.

6. *ULPIANUS*, lib. 31, ad Sabinum.

Si societatem [mecum] coieris, ea conditione, ut partes societatis constiueres, ad boni viri arbitrium ea res redigenda est: et conveniens est viri boni arbitrio, ut non utique ex aequis partibus socii simus, veluti si¹⁴ alter plus operæ, industrie, pecuniae in societatem collaturus sit.

7. *ULPIANUS*, lib. 30, ad Sabinum.

Coiri societatem et simpliciter licet: et si non fuerit distinctum, videtur coira esse universorum, que ex questa veniunt, hoc est, si quod lucrum ex emptione, venditione, locatione, conductione descendit.

8. *PAULUS*, lib. 6, ad Sabinum.

(Quæstus enim intelligitur, qui ex opera¹⁵ cujusque descendit.)

9. *ULPIANUS*, lib. 30, ad Sabinum.

Nec adjectit Sabinius, hereditatem¹⁶, vel legatum, vel donationes mortis causa, sive non moris causa: fortassis haec id, quia non sine causa obveniunt, sed ob¹⁷ meritum aliquod accidunt.

10. *PAULUS*, lib. 6, ad Sabinum.

Et quia plerunque vel a parente vel a liberto, quasi debitum nobis hereditas obvenit.

11. *ULPIANUS*, lib. 30, ad Sabinum.

Et ita de hereditate, legato, donatione, Quintus Mucius scribit.

12. *PAULUS*, lib. 6, ad Sabinum.

Sed nec es alienum, nisi quod ex questa pendebit, veniet in rationem societatis.

13. *ULPIANUS*, lib. 30, ad Sabinum.

Tir. II. — 1. Lib. 4. C. 57, et 5, Inst. 26. — 2. L. 6, C. h. t. — 3. L. 51, § 16, infr. ed. — 4. L. 4, § 8, infr. de fideicom. libert. — 5. L. 21, § 2 fin. supr. h. t. — 7. L. 65, § 2 ult. infr. ed. — 8. L. 15, § 15, infr. ed. — 9. L. 5, § 2, supr. in pr. Inst. ed. — 10. L. 65, § 8; L. 63, § 15, infr. ed. — 11. L. 65, in pr. pr. infr. ed. — 12. L. 29, § 4, infr. ed. — 13. L. 1, § 1, infr. ed.

De illo Pomponius dubitat, utrum actionem eum mandare sociis sufficit, ut, si facere ille non possit, nihil ultra sociis præstet: an vero indennes eos præstare debeat: et puto, omnimeodo eum teneri ejus nomine, quem ipse solus admisit, quia difficile est negare, culpa ipsius admissum.

— § 1. Idem querit, an commodum, quod propter admissum socium accessit, compensari cum damno, quod culpa præbuit, debeat: et ait.

compensandum: quod non est verum²⁵; nam et Marcellus lib. 6 Digest.

82. L. 38, infr. de mort. caus. donat. — 83. L. 29, in pr. L. 80, infr. h. t. N. Leon. 103. — 85. L. 2, C. 4, Inst. de fidejuss. — 86. L. 1, 2, C. creditor. evicti pignor. — 87. L. 4, § 8, infr. de fideicom. libert. — 88. L. 16, infr. ed. — 89. Add. L. 6, § 3, supr. de negot. gest. — 90. L. 5, § 7, infr. ed.

4. L. 15, § 15, infr. ed. — 91. Add. L. 1, C. de contrah. stipul.

14. L. 38, infr. de mort. caus. donat. — 15. L. 29, in pr. L. 80, infr. h. t. N. Leon. 103. — 16. L. 2, C. 4, Inst. de fidejuss. — 17. L. 15, in fin. infr. h. t. — 18. L. 17, in fin. L. 65, § 25, infr. h. t. — 19. L. 14, § 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115, 116, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 137, 138, 139, 140, 141, 142, 143, 144, 145, 146, 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157, 158, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166, 167, 168, 169, 170, 171, 172, 173, 174, 175, 176, 177, 178, 179, 180, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 187, 188, 189, 190, 191, 192, 193, 194, 195, 196, 197, 198, 199, 200, 201, 202, 203, 204, 205, 206, 207, 208, 209, 210, 211, 212, 213, 214, 215, 216, 217, 218, 219, 220, 221, 222, 223, 224, 225, 226, 227, 228, 229, 230, 231, 232, 233, 234, 235,

coita sit, constat, nullam esse societatem: generaliter enim traditur, rem in honestarum nullam esse societatem⁷¹.

58. *Idem*, lib. 51, ad Edictum.

Si id, quod quis in societatem contulit, extinctum⁷² sit, videndum, an pro socio agere possit? Tractatum ita est apud Celsum lib. 7 Digestorum, ad epistolam Cornelii Felicis: cum tres equos haberes, et ego unus, societatem coimus, ut accepto equo meo, quadrigam venderes, et ex pretio quartam mili redderes: si igitur ante venditionem equus meus mortuus sit, non putare se Celsus ait, societatem manere, nec ex pretio equorum tuorum partem deberi: non enim habet quidem quadrige, sed vendenda coitam societatem: ceterum si id actum dicatur, ut quadriga fieret, eaque communicaretur, tuque in ea tres partes haberes, ego quartam, non dubie adhuc socii sumus. — § 1. Item Celsus tractat, si pecuniam contulissimus ad mercem emendam, et mea pecunia periret, cui perierit ea? Et ait, si post collationem evenit, ut pecunia periret, quod non fieret, nisi societas coita esset, utriusque perire: utrum si pecunia, cum peregre portaretur ad mercem emendam, periret: si vero ante collationem, poste aquam cam destinasses, tunc perierit, nihil eo nomine consequeris, inquit, quia non societati periret. — § 2. Si filius familias societatem coierit: deinde emancipatus a patre fuerit, apud Julianum queritur, an eadem societas duret? An vero alia sit, si forte post emanicipationem in societatem duratum est? Julianus scripsit lib. 14 Digestorum, eandem societatem durare⁷³: initium⁷⁴ enim his contractibus insciendum: dualis autem actionibus agendum esse, una adversus patrem, altera adversus filium: cum patre, de eo, cujus dies auctem emancipatione cessit, nam ejus temporis, quo post emancipationem societas duravit, nihil prastare patrem oportet: cum filio autem, de utroque tempore, id est, de tota societe: nam et si quid (inquit) socius filii, post emancipationem filii, do fecerit, ejus, non patris, sed filio actio danda est. — § 3. Si servus meus societatem cum Titio coierit, et alienus in eadem permanerit, potest dici, alienatione servi et priorem societatem finitam, et ex utroque alteram inchoatam; atque ideo et mili, et emptori, actionem pro socio competere: item tam adversus me [quam adversus emptorem], ex his causis, qua ante alienationem inciderunt, tandem actionem ex rebus, adversus emptorem solum.

59. *Pomponius*, lib. 12, ad Sabinum.

Adeo morte⁷⁵ socii solvitur societas, ut nec⁷⁶ ab initio pacisci possimus, ut heres [etiam] succedit societati. Hec [i]a in privatis societatis bus ait: in societate vestigialum nihilominus manet societas, et post mortem alicius: sed ita demum, si pars defuncti ad personam heredis eius adscripta sit, ut heredi quoque conferri oporteat: quod ipsum ex causa astimandum est: quid enim, si est mortuus sit, propter cuius operam maxime societas coita sit? aut sine quo societas administrari non possit? — § 1. Quod in alia ut adulterio perdidit socius, ex medio non est latus⁷⁷: si quid vero dolo nostro socius damni ceperit, a nobis repeatat.

60. *Idem*, lib. 13, ad Sabinum.

Socium, qui in eo, quod ex societate lucri faceret, reddendo moram adhibuit, cum ea pecunia ipse usus sit, usuras quoque [eum] prastare debere, Labeo ait, sed non quasi usuras, sed quod socii inter sit, moram eum non adhibuisse: sed si aut usus ea pecunia non sit, aut moram non fecerit, contra esse. Item post mortem socii nullam talem astimationem ex facto hereditas faciendam; quia morte⁷⁸ socii dirimatur societas. — § 1. Socius, cum resisteret communibus [servis] venalibus ad fugam erumpentibus, vulneratus est: impensam, quam in curando se fecerit, non⁷⁹ consecuturum pro socio actione, Labeo ait: quia id non in societatem, quamvis propter societatem, impensum sit, sicut si propter societatem eum hereditis quis institueret, aut legatum pratermisseret, aut patrimonium suum negligenter administrasset; nam nec compendium, quod propter societatem ei contingisset, veniret in medium, veluti si propter societatem heres fuisse institutus, aut quid ei donatum esset:

61. *Ulpianus*, lib. 51, ad Edictum.

Secundum Julianum tamen, et quod medicis pro se datum est, recipere potest. Quod verum est.

62. *Pomponius*, lib. 13, ad Sabinum.

Si Titius, cum quo mili societas erat, decesserit, egoque, cum putau-

⁷¹ L. 52, § pen.; L. 53, L. 54, supr. eod.; L. 55, § 2, inf. de contrah. empt.; L. 1, § 14, inf. de tutel. et ratione; L. 70, in fin. inf. de fiducie. — 72. L. 63, § ult. inf. b. t. — 73. L. 65, § 11, inf. eod. add. L. 63, § ult. inf. eod.; L. 8, supr. de capit. minut. L. per. § 2, supr. de inst. act. — 74. L. 8, in pr. supr. mandati; L. 12, in fin. supr. de SC. Maed. — 75. L. 5, C. eod. — 58. d. L. 3, — 59. L. 49, in pr. inf. ad leg. Faleid. — 90. In fin. inf. hic: L. 4, § 1, supr.; L. 60, in fin. pr.; L. 65, § 8, inf. b. t. — 76. L. 55, supr. eod. — 77. L. 52, in fin. supr. eod. — 78. L. 59, supr. eod. — 79. Hoc emendat L. prox. inf. eod. — 80. L. ult. C. depositi. — 81. Ostat. L. 16, inf. de re judicat. — 82. L. 23, inf. d. t. — 83. L. 4, § 5, supr.

64. CALLISTRATUS, lib. 1 Questionum.

Itaque cum separatum socii agere cōperint, et unusquisque eorum sibi negotietur, sine dubio jus societatis dissolvitur.

65. *Paulus*, lib. 52, ad Edictum.

Actione distractur, cum aut stipulatione aut iudicio mutata sit causa societatis: Procul enim ait, hoc ipso, quod iudicium ideo dictum est, ut societas distrahitur, renunciatur societatem: sive tutorum bonorum sive unius rei societas coita sit. — § 1. Item bonis a creditoribus venditis⁸⁰ unius socii, distrahi societatem Labeo ait. — § 2. Si in rem certam emendam conductam coita sit societas, tunc etiam post alijus mortem quidquid lucri detrimentum factum sit, commune esse Labeo ait. — § 3. Diximus⁸¹, dissensu solvi societatem; hoc ita est, si omnes dissentient: quid ergo, si unus renunciat? Cassius scripsit, eum, qui renunciat societati, a se quidem liberare socios suis, se autem ab illis non liberare: quod utique observandum est, si dolo⁸² malo renunciatio facta sit, veluti si, cum omnium bonorum societatem inesse, deinde cum obvenisset uni hereditas, propter hoc renunciat: ideo siquidem damnum attulerit hereditas, hoc ad eum, qui renunciat, pertinet; communum autem communicare cogetur actione pro socio: quod si quid post renunciationem acquisierit, non erit communicandum: quia nec dolus admissus est in eo. — § 4. Item, si societatem ineamus ad aliquam rem emendam, deinde solus volueris eam emere, ideo renunciaveris societati, ut solus emeres, teneberis, quanti interest mea: sed si ideo renunciaveris, quia emptio tibi displicebat, non teneberis, quamvis ego emero: quia hic nulla frus est: eaque et Julianus placet. — § 5. Labeo autem posteriorum libris scripsit, si renunciaverit societas unius ex sociis eo tempore, quo interfuit socii non dirimi societatem, committere eum in pro socio actione: nam si emimus mancipia, inita societate, deinde renuncies mihi eo tempore, quo vendere mancipia non expedit, hoc casu, quia deteriore causam meam facis, teneri te pro socio iudicio: Proculus hoc ita verum esse, si societas non intersit dirimi societatem: semper enim non⁸³ id, quod privatim interest unius ex sociis, servari solet, sed quod societas expediri: hoc ita accipienda sunt, si nihil de hoc in counda societate convenit. — § 6. Item qui societas in tempus coit, eam ante tempus renunciando, socium a se, non se a socio liberat. Itaque, si quid compendiū postea factum erit, ejus partem non fert: at si dispendium, æque præstabit portionem, nisi renunciatio ex necessitate quadam facta sit. Quod si tempus finitus est, liberum est recedere: quia sine dolo [mal]o id fiat. — § 7. Renunciare societati etiam per alios possumus: et ideo dictum est, procuratorem quoque posse renunciare societati. Sed utrum de eo dictum sit, cui omnium bonorum administratio concessa est, an de eo, qui hoc ipsum nominatum mandatum est, videamus? An vero per utrumque recte renuncietur? Quod est verius, nisi [si] prohibuerit cum dominus specialiter renunciare. — § 8. Item scriptum est, posse procuratori quoque meo socium meum renunciare: quod Servius apud Alfenum ita nota, esse in potestate domini, cum procuratori ejus renunciatum est, an velut rata habere renunciationem: igitur is, cuius procuratori renunciatum est, liberatus esse videbitur: at autem ipse quoque, qui renunciat procuratori, liberetur, in potestate ejus erit: quemadmodum diximus in eo, qui socio renunciat. — § 9. Mort.⁸⁴ unius societas dissolvitur, et si consensu omnium coita sit, plures vero supersint: nisi⁸⁵ in counda societate alter convenerit, nec heres⁸⁶ socii succedit; sed quod ex re communis postea quasitum est: item dolus et culpa in eo, quod ex ante gesto pendet, tam ab herede, quam heredi, prestandum est. — § 10. Item si alicius rei societas sit, et finis negotio impositus, finitur societas: quod si, integris omnibus manentibus, alter dicescerit, deinde tunc sequatur res, de qua societas coierit, tunc eadem distinctione utetur, quia in mandato, ut si quidem ignota fuerit mors alterius, valeat societas: si nota, non valeat. — § 11. Societas quemadmodum ad heredes socii non transit, ita nec ad arogatores: ne aliquo invitus quis socius efficiatur, cui non vult: ipse autem arogatus socius permanet, nam et si filius familias emancipatus⁸⁷ fuerit, permanebit socius. — § 12. Publicatione⁸⁸ quoque distrahi societatem diximus, quod videtur spectare ad universorum bonorum publicationem, si socii bona publicentur: nam, cum in ejus locum alius succedit, pro mortuo habetur. — § 13. Si post distractam societatem aliquis in rem communem impenderit, socius actione pro socio id non consequitur: quia non est verum, pro socio, communiter, id gestum esse: sed communis dividuus iudicio hujus quoque rei

ratio habebitur: nam, et si distracta esset societas, nihilominus divisio rerum superest. — § 14. Si communis pecunia penes aliquem sociorum sit, et alicius sociorum quid absit, cum eo solo agendum, penes quem ea pecunia sit: qui deducta, de reliquo, quod cuique debeatur, omnes agere possunt. — § 15. Nonnunquam necessarium est et manente societate agi pro socio, veluti cum societas vestigialum⁸⁹ causa coita est: proprie ter various contractus neutri expediat recedere a societate, nec refertur in medium, quod ad alterum pervenerit. — § 16. Si unus ex sociis maritus sit, et distrahitur societas manente matrimonio, dotem maritus præcipere debet, quia apud⁹⁰ eum esse debet, qui onera sustinet: quod si jam dissoluto matrimonio societas distrahitur, eadem die recipienda est, dos, qua et solvi debet.

66. *Gaius*, lib. 10, ad Edictum provinciale.

Quod si eo tempore, quo dividitur societas, in ea causa dos sit, ut certum sit, eam, vel partem ejus reddi non oportere, dividere eam inter socios judex debet.

67. *Paulus*, lib. 52, ad Edictum.

Si unus ex sociis rem communem videretur consensu sociorum, premium dividii debet ita, ut ei caveatur, indemnum eum futurum. Quod si jam damnum passus est, hoc ei præstabitur: sed si pretium communum sit sine cautione, et aliquid præsterit is, qui vendidit, an, si non omnes socii solvendo sint, quod a quibusdam servari non potest, a ceteris debeat ferre? Sed Proculus putat, hoc ad ceterorum onus pertinere, quod ab aliquibus servari non potest: rationeque defendi posse: quoniam societas cum contrahitur, tam lucru, quam damni communio initur. § 1. Si unus ex sociis, qui non telorum bonorum socii erant, communem pecuniam feneraverit, usurasque percepit, ita demum usuras partiri debet, si societas nomine feneraverit: nam si suo nomine, quoniam⁹¹ sortis periculum ad eum pertinuerit, usuras ipsum retinere oportet. — § 2. Si quid unus ex sociis necessario de suo impedit⁹² in communi negotio, iudicio societas servabit; et usuras, si forte mutuatus sub usuris, dedit: sed et si suam pecuniam dedit, non sine causa dicetur, quod usuras quoque percipere debeat, quas possit habere, si aliis mutuum dedit. — § 3. Non alias socius in id, quod facere potest, condemnatur, quoniam⁹³ si confitetur se socium fuisse.

68. *Gaius*, lib. 10, ad Edictum provinciale.

Nemo ex sociis plus parte⁹⁴ sua potest alienare, eti si tutorum bonorum socii sint. — § 4. Illud queritur, utrum is demum facere videtur, quo minus facere possit, qui erogat bona sua in fraudem future actionis; an et qui occasione⁹⁵ adquirendi non utitur? Sed verius est, de eo sentire proconsulem, qui erogat bona sua: idque ex interdictis colligere possumus, in quibus ita est, quod dolo fecisti, ut desineres possidere.

69. *Ulpianus*, lib. 52, ad Edictum.

Cum societas ad emendum coierit, et conveniret, ut unus reliquias nundinas (id est epulas) præstaret, eosque a negotio dimiteret, si eas eis non solvetur, et pro socio, et ex veniente, cum eo agendum est.

70. *Paulus*, lib. 53, ad Edictum.

Nulla societas⁹⁶ in æternum coito est.

71. *Idem*, lib. 5 Epitomarum Alfeni digestorum.

Duo societatem coierunt, ut grammatica docerent, et quod ex eo artificio quiescissent, communie eorum esset: de ea re, quæ voluerunt fieri, in pacto convento societas proscripserunt: deinde inter se his verbis stipulati sunt, hec, que supra scripta sunt, ea ita dari, fieri, neque adversus ea fieri: si ea ita data, facta non erunt, tum virginis milita dari: quasitum est, an, si quid contra factum esset, societas actione agi posset? Respondit, si quidem pacto convento inter eos [de] societate facto ita stipulati essent, hec ita dari, fieri spondes? futurum fuisse, ut, si novationis causa id fecissent, pro socio agi non possit, sed tota res in stipulationem translata videretur: sed quoniam non ita essent stipulati, ea ita dari, fieri spondes, sed si ea ita facta non essent, decem dari, non videri sibi, rem in stipulationem pervenisse, sed dumtaxat posse: non enim utriusque rei promissorem obligari, ut ea daret, faceret: et si non fecisset, possem suferret, et ideo societas iudicio agi posse. — § 1. Duo colliberti societatem coierunt lucris⁹⁷, quiescunt, compendiū: postea unus ex his a patrono heres institutus est, alteri legatum datum est: neutrum⁹⁸ horum in medium referre debere respondit.

72. Inst. de legit. patron. tutel. — 6. L. 62, in fin. pr. supr. de rei vindic. — 7. L. 10, § 8, supr. mandati. — 7. L. 38, § 1, supr. b. t. — 8. L. 22, § 1, supr. de reg. iudic. — add. L. 10, § 2, L. 49, inf. d. — 8. L. 63, § 8, supr. eod. — 9. L. 16, supr. de reb. cred. — L. 30, § 2, inf. de legat. — 10. L. 6, inf. d. 2, L. 58, § 2, supr. eod. — 11. Add. L. 14, § 2, supr. commun. divid. — 12. L. 15, supr. b. t. L. 45, inf. § 4, Inst. eod.

73. Inst. de legit. patron. tutel. — 6. L. 62, in fin. pr. supr. de rei vindic. — 7. L. 10, § 8, supr. mandati. — 7. L. 38, § 1, supr. b. t. — 8. L. 22, § 1, supr. de reg. iudic. — add. L. 10, § 2, L. 49, inf. d. — 8. L. 63, § 8, supr. eod. — 9. L. 16, supr. de reb. cred. — L. 30, § 2, inf. de legat. — 10. L. 6, inf. d. 2, L. 58, § 2, supr. eod. — 11. Add. L. 14, § 2, supr. commun. divid. — 12. L. 15, supr. b. t. L. 45, § 4, inf. de acquir. vel omitti hered. — 13. L. 9, supr. b. t.